BIBLIA. ISIDORUS HISPALENSIS. EUCHERIUS LUGDUNENSIS
Admont, 12. Jh.
Seite 265r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ierlim. Vox synagoge ad ecclesiam. Quo abiit dilectus
tuus o pulcherrima mulierum. Quo declinauit dilectus tuus.
et querem eum tecum. Vox ecclesie. O dilectus meus ascendit in hor
tum suum ad areolam aromatis. ut pascat in hortis et lilia colli
gat. Ego dilecto meo et dilectus meus mihi. qui pascitur inter lilia.
Vox altari ad ecclesiam. Pulchra es amica mea. suauis et de
cora sicut ierlim. terribilis ut castrorum acies ordinata. Auerte
oculos tuos a me. quia ipsi me auolare fecerunt. Capilli tui sicut
greges caprarum. que apparuerunt de galaad. Dentes tui sicut
greges ouium que ascenderunt de lauacro. omnes gemellis feruntur.
et sterilis non est in eis. Sicut cortex mali punici. sic gene tue
absque occultis tuis. Sexaginta sunt regine et octoginta concu
bine. et adolescentularum non est numerus. Vna est columba
mea. perfecta mea. una est matris sue. electa genitrici sue.
Viderunt eam filie et beatissimam predicauerunt. regine et concubine et
laudauerunt eam. Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens.
pulchra ut luna. electa ut sol. terribilis ut castrorum acies
ordinata. Vox ecclesie ad synagogam. Descendi in hor
tum nucum. ut uidem poma conuallis. ut inspicerem si floruisset
uinea. et germinassent mala punica. Vox synagoge.
Nesciui. anima mea conturbauit me. propter quadrigas aminadab.
Vox consolatoria ecclesie. Reuertere. Reuertere sunamitis. Reuertere. Reuertere. ut intueamur te. Vox synagoge.
Quid uidetis in sunamite. nisi choros castrorum. Vox altari ad ecclesiam. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia prin
cipis. Junctura femorum tuorum sicut monilia. que fabricata sunt
manu artificis. Vmbilicus tuus crater tornatilis. numquam
indigens poculis. Venter tuus sicut aceruus tritici. uallatus
liliis. Duo ubera tua. sicut duo hinnuli gemelli capreae. Col
lum tuum sicut turris eburnea. Oculi tui sicut piscine in esebon. q
sunt in porta filie multitudinis. Nasus tuus sicut turris lyba
ni. que respicit contra damascum. Caput tuum ut carmelus. et
come capitis tui sicut purpura regis uincta canalibus. Quam
pulchra es et quam decora karissima in deliciis. Statura tua assimi